



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Disputationes
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1652

Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)

Matheus Vitellescus, Societatis IESV Praepositus Generalis.

Cum Tomum de Sacramentis in genere, de Sacramento Eucharistiae, & de Missae Sacrificio P. IOANNIS DE LUGO, nostrae Societatis, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commissum fuit, recognoverint, ac in lucem edi posse probauerint; facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas, manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas, dedimus Romae, 12. Iulij 1635.

MVTIVS VITELLES CVS.

Imprimatur si videbitur R.P. Magistro Sacri Palatii Apost. A. Torniellus Vicergerens.

Imprimatur, adhibita Approbatione alicuius ex Patribus Societatis tanquam videntis nomine meo.

Imprimatur P. Nicolaus Riccardius Sacri Palatii Apostolici Magister.

Approbatio R. P. Ioannis de Alvarado e Societate Iesu, in Collegio Romano Studiorum Praefecti.

HOS Commentarios in 3. p. S. Thomae de Sacramentis in genere, & Sacrosancto Eucharistiae Sacramento, ac Missae Sacrificio, à R. P. IOANNE DE LUGO Soc. IESV, in Rom. Collegio Sacrae Theologiae Professore elucubratos, iussu Reuerendissimi P. Nicolai Riccardij Magistri S. Palatii, vidi, neque in eis quicquam cum sacra doctrina, ac bona Philosophia non maxime congruens deprehendi; sed potius idem quod in censura Tomi de Incarnatione Divini Verbi ab eodem Auctore editi notavi; Opus sane non ex aliorum laboribus coacervatum, sed proprio studio, atque ingenio partum: in quo ita ea quae ad Metaphysicas, & Scholasticas speculationes pertinent, cum iis, quae ad morum doctrinam spectant, comprehendit, ut sicut in illis reliquos, ita in iis seipsum mihi superare videatur; diligentissime namque, & acerrimo studio Auctorum sententiis examinatis, & Scripturae sacrae utriusque Iuris, ac Moralis Philosophiae monumentis, perpensis, solida stabilitate, maturo iudicio, ac prudentia, plurima ad morum doctrinam utilissima, ac maxime necessaria colligit. Quapropter dignos censui, ut in lucem cum bono publico prodirent. In eodem Collegio Romano, 13. Augusti 1635.

Ita iudico ego IOANNES ALVARADO eiusdem Collegij Romani Praefectus Studiorum.

Haec Commentaria R. P. IOANNIS DE LUGO de Sacramentis in genere, de venerabili Eucharistiae Sacramento, de Missae Sacrificio, ad omnium magnam utilitatem in lucem exeant. Actum Lugduni, die 12. Aprilis 1636.

FR. STEPHANVS MELIN Carmelita.
FR. IOANNES CVISSOT Carmelita.

Ioannes Claudius De-Ville, in sacra Theologia Magister, & Custos Sanctae Crucis in hac Lugdunensi Diocesi in librorum censuram incumbere iussus. fidem facimus nos hac Commentaria R. P. Ioannis de Lugo e Societate IESV, de Sacramentis in genere, de Venerabili Eucharistiae Sacramento, & de Missae Sacrificio, euoluisse, omniaque in eis sanctae, Catholicae, Apostolicae, & Romanae Ecclesiae fidei sacris documentis conformia comperisse. Lugduni, Idib. April. 1636.

D E-VILLE.

Summa Privilegij Regis Christianissimi.

LUDOVICVS XIV. Dei gratia Galliarum, & Navarrae Rex Christianissimus, singulari Privilegio sanxit, ne quis per vniuersos Regnorum suorum fines, intra decem annos à die finitae impressionis computandos, imprimat, seu typis excudendos curet, & vanales habeat Libros, tam editos, quam edendos, Ioannis Cardinalis de Lugo, e Societate IESV, praeter PHILIPPVM BORDE, Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipsemet concesserit: prohibuit insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis eosdem libros extra Regni sui limites imprimendos curare, vel quēpiam vbiunque fuerit, ad id agendum impellere ac instigare, sine consensu dicti PHILIPPI BORDE. Idque omne sub confiscatione Librorum, aliisque poenis contra delinquentes expressis, uti latius patet in litteris datis Parisiis, die 30. Augusti 1650.

Ex mandato Regis

Signatum

BERA VD

INDEX